


Diatribē Philologica Verba Pauli, Arti Gar Anthrpus Peith Tontheon; Ex Epist. Ad Galat. 1. v. 10. Eucleata Sistens

Rostochii: Typis Johannis Wepplingii, [1701]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn101581820X>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 5.Nov. 1701

Koepken, Dav. Henr.

DIATRIBE PHILOLOGICA

VERBA PAULI,

ΑΡΤΙ ΓΑΡ ΑΝΘΡΩ-

ΠΟΥΣ ΠΕΙΘΩ Η ΤΟΝ ΘΕΟΝ;

EX EPIST. AD GALAT, I. v. 10.

ENUCLEATA SISTENS,

QVAM

ADJUVANTE SPIRITU SANCTISSIMO,

Post

IMPETRATUM AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM

ORDINIS CONSENSUM

IN ILLUSTRİ HAC ROSTOCHIENSI ACADEMIA

PRÆSIDE

M. DAVIDE HENRICO

KOEPKENIO

LUNEBURGENSEI,

IN AUDITORIO MAXIMO

ANNI M D C C I d. Vro NOVEMBR.

PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI

SUBJICIET

RESPONDENS

JOHANNES EBERHARDUS

UDAM,


REVALIA LIVONUS.

ROSTOCHH,



Typis JOHANNIS WEPPLINGII,

Univ. Typographi.



MAGNIFICO,
JURIS-CONSULTISSIMO atq; EX.
CELLENTISSIMO DOMINO
GEORGIO MEL-
CHIORI SWEDERO

Juris Utriusq;ve Doctori Fulgidissimo,
Percelebris Civitatis Rostochiensis
CONSULI,

totiusq;ve hujus Reipublicæ nunc
DIRECTORI Gravissimo,

nec non

Statuum Provincialium Mekelnburgi-
corum SYNDICO merentissimo,

PATRONO atq; **HOSPITI** suo

Omnicultu prosequendo,

Diatriben hanc Philologicam,

In certissimum observantiæ testimonium,
& haud fallacem promptissimi animi
declarationem,

felicissimos quosvis conatus, perennemq;ve prospèritatem

Ipsi

cum diuturno splendidissimæ familiæ
incremento apprecatus,

offert
PRÆSES.



כְּשֶׁם יְהוָה

PROLOGUS.



Utorum scripta digne, congrue, & convenienter exposituro non levia plura attendenda sunt momenta: magis tamen aliud inter ea observatu necessarium non conspicitur, quam orationis explicandæ integram consulere cohærentiam, totum conferre contextum, & antecedentia cum consequentibus probe trutinare. Quod si enim quis cætera interpretandi teneat subsidia, universa Lexica indefesso studio evolverit, ut millena etiam variarum linguarum recitare queat vocabula, interpretis autem munere suscepto fluentem sermonis ferriem negligat, rerum ordinem prætermittat, verborum nexum prætervolet; susceptæ suæ provinciæ neque respondebit, neque sermonis alterius feliciter attinget nervum. Historicorum est, ut in

A scri-

scribendis literarum monumentis ^{אשר נאמר}
^{אשר נאמר} videant: neq; minus in Interpretibus id re-
 quirendum esse experimur, ut non verborum nu-
 mero inveterascant, sed & tam prægressorum,
 quam succedentium attentam instituunt considera-
 tionem, & placitam primo scriptori enunciatio-
 num compagem perspiciant sedulo. Mirum, quam
 industriâ ejus inspectio plana multa sistat ac perspi-
 cua, scopum ipsum Autoris & consilium apertius
 detegat, & manifestet, nec non inexsuperabiles plu-
 res difficultates exenteret, & dispellat. Proin-
 de non inanem, sed laudabilem omnino dedisse ope-
 ram arbitror nobilissimos quosque literarum he-
 roes, quorum nomina partim æternitati post fata
 nunc consecrata vigent, partim viventium adhuc
 per orbem circumferuntur, cû plenos gravissimis
 de sedula contextus curâ admonitionibus relique-
 rint libros, plena sistant scripta. Equidem non
 diffiteor, connexionis etiam, ut videri volunt, sol-
 licitissimos, nonnunquam velut lethargo & in-
 superabili quadam dormiendi necessitate impedi-
 tos falsam sibi pro vera textus imaginari seriem,
 evidentissimo enim in sacris Sociniani, & quivis
 alii infeliciores fortis homines החולקים בתורת
 ישראל sunt indicio. Absit tamen, prudentiores
 ista approbent ^{אשר נאמר}. Quin ipsa est scriptura
 sibi sine fraude gravissima testis (a); neq; minus
 sibi

inaugurales dua (a) Vid. Dn. D. Grunenbergii, id quidem de S. Scr. in spe-
 cio asserentis, Disputationem, quæ sextuplicem habet
 usum verborum Matth. II. 15. & Hoseæ. XI. 1.
 Lib. Dei ex Egypto vocato
 1. Tom: 44 n. 14. H. n. 66.
 2. 22 n. 50.

sibi adversantes ipsamet arguit expositionesquam
 convenientem incorruptæ menti stabilit. Quo in
 n. gocio sacris quidem & profanis scriptorum mo-
 numentis eandem fere tribuendam dixerim effica-
 ciam, quæ fontibus quibusdam, in Sardinia aliquot
 locis effervescentib⁹, esse perhibetur. Quidam enim
 oculis medentur, iicq; & convincendis valent furi-
 bus. Nam quisquis sacramento raptum negat,
 lumina aquis attrectat: ubi perjurium non est,
 cernit clarius, si perfidia abnuat, detegitur faci-
 nus cœcitate, & captus oculis - admissum facinus
 fatetur (β). Verum fusius hæc diducere præsens
 non permittit institutum, neqve scriptuli positi
 cardines concedunt. In exemplo autem asserti
 veritas exsplendescet, quod nunc ex Pauli ad Gala-
 tas literis sumus adducturi; idem difficultates,
 quas habet annexas, ex contextus sui collatio-
 ne maxime expediri jubet. Annuat ille, qui est
 omnium *אֱלֹהִים*, nostris conatibus, ut ipsius adjuti
 auxilio destinata exsequi valeamus!

§. I.

Sistimus itaque nunc Capitis Primi versum deci-
 mum, ejusq; præcipue initium: *αρετι γαρ αυτου
 τας ενω η ενω θου;* Ubi quidem si ad singulas se-
 paratim voculas animum advertimus, unius cu-
 jusque usitatæ significationes in compertæ nobis
 esse nequeunt, quippe sedulo literarum scrutatori
 frequentissime occurrentes, nullam q; hac ratione
 animo nostro dubium immittunt. Si vero omnem
 consideramus dictionem, & integram Paulinæ o-

A 2

rati-

(β) Vid. Solinus cap. 10. quem cit. Ursinus Libro I. 45.

rationis seriem perlustramus, quæ Apostoli in illis verbis mens sit, difficulter videtur posse pernosci, Hærent etiam in salebra nonnulli Interpretes, & cum pro suscepti muneris ratione quædam dicenda sint, ejusmodi, proferunt effata, quæ non tam ad convenientiam & Autoris primi scopum, quam ad necessitatem sint relata, כסולה ita, ut in aliis sæpius, חסולה חסולה dividentes. Nihilo minus ipse hic, qui conspicitur, verborum nexus ad inveniendam veram adductæ phrasis sententiam manuducet, & inventam confirmabit.

§. II

Videbimus tamen antea, quam ad scopum hunc impigre contendamus, notanda num qua sint circa allatas Paulini commatis vcculas. Eas igitur grammatarum more prius expendemus. Sed cum cætera constant satis, & ne illis quidem, qui pauca hujus linguæ momenta inaudiverunt, & vel paucissimas legerunt lineas, ignoratum esse queat, quid per vcculas ארץ, יאר, ארץ פארט, & ארץ significetur, nulla interposita mora verbi ארץ naturam & significationem enodabimus. Est illud ex iis, quæ in sacris & profanis scriptis sæpius occurrunt, non unam tamen ubiq; admittunt expositionem: hoc vero etiam in loco præcipuam istud hæsitandi ansam dedit: quo expposito, & ad connexionem commode accommodato, omnis cito exspirabit obscuritas, ipsæq; adeo tenebræ, quibus Pauli sermo circumfusis existimatur, dispergentur.

§. III.

Quoad usum ejus præter innumeros alios Platonem

tonem quoq; in Epist., Apologia, & alibi non par-
cè vocem hanc adhibuisse notamus. Isocrati ean-
dem frequentissimo in usu fuisse scripta ejus mon-
strant. Nec minus LXX. Interpretibus eam tu-
isse familiarem, horum relicta nobis Versio docet.
Qvin & sacratissimi Novi Fœderis Scriptores ea
sæpe numero leguntur usi. Cernitur autem tunc
maxime usurpatum esse *active*, quando in Latinis
svadere significat & persuadere, quempiam ad
certum negotium credendum vel perficiendum
adducere, sive permovere, *vel* etiam personam ali-
quam, sive ad iram ante fuerit percita, sive minus,
non habito ad negotium respectu, sibi reddere
faventem, uno verbo: conciliare. Nonnunquam
idem confidere, nonnunquam etiam parere *neu-
trallyter* designat, prout Autorum hoc demonstrant
libri, & Lexicographi ex iis annotarunt; sed in hoc
ultimo significato noster non erit occupatus ser-
mo, cum hujus loci non sit. Antecedentis activæ
notationis observatum discrimen lectori obvium
est ex diversa casuum appositione. Quandocun-
que enim duplex positus est accusativus, perso-
næ alter, alter rei, vel etiam alteruter ex contex-
tus fluiditate intelligendus, prior svadendi & per-
svadendi locum habet significatio; ubi vero unus
tantum apparet casus, idemq; personæ, nullo alio vel
adjecto, vel adjiciendo, posteriorem conciliandi
sensum esse, nemini facile temereque erit infici-
andum.

§. IV.

Neutrius modi aperta lectorem deficiunt
exempla. Agnoscet is facile eam, ubi ambo, de quib-

bus diximús, positi sunt accusativi, rationem, five
 audit verba Platonis (γ) *αλλ' υμας τε κτλ κτλ*; five
 phrasin Demosthenis *τῶ βασιλῶ πειθῆν*; five Lucæ
 (δ), *πειθῶν π αὐτοῦ πω πει τε ιησϋ*. His accen-
 da edocemur etiam Matthæi quæ habentur verba
 (ε), *Οι δε αρχιερεῖς και αι πρεσβυτεροι επι τω τρι οχλῳ*,
 quod sequentes in eadem constructione voces, *ινα*
αἰησωνται, accusativum repræsentent. Postero-
 rem modum, secundum quem alteruter accusati-
 vus mente concipiendus venit, producta hæc de-
 clarabunt eximie. Scilicet Aristoteles *ου γαρ*, in-
 quit, *δει τε φαυλα πειθῆν* (ζ); conformis eidem locus
 est in sacris Apostolorum Actis (η), *εισληθαι δε εις τῶ*
συναγωγῶν επιρησια ζεβ επι μιν και τρις ἀγαγομενοι
και πειθῶν πω πει της βασιλευς τε οει; nec alio He-
 fiodus (θ) sensu, licet alia *ελλησει*:

Ως εφαι, αλλ' κτλ πειθῆν, Αρειας μεγαλητηρα θυμων.

Eidem classi inferenda hæc sunt Lucæ (ι): *Επηλ-*
θον δε απο αντοχου και ιχθινι ιυδαοι και πεισαντε
τρι οχλῳ και λιθισαυτε τον Παυλον. Ad secundum
 vero hujus verbi usum, quem superius paulo al-
 legavimus cum uno tantum Accusativo casu, nude
 posito, & nude etiam intelligendo, non injuria lite-
 ratissimus Budæus (κ) observavit, rarum eum esse:
 at non desunt tamen varia eundem referentia Au-
 thorum verba. Unde nec ullo modo Grammatico
 insigni, Heinsio, videtur prætereundus. Qui (λ)

non

(γ) in Apologia (δ) Actor, XXVIII. 23. (ε) Cap. XXVII. 10.
 (ζ) Lib. I. Rhet. c. I. (η) Cap. XIX. 8. (θ) *επ ασπιδι Ηρακλειω*
 v. 540. (ι) Act. XIV. 19. (κ) In Lexico, quod post Tusani, Ges-
 neri, Junii, aliorumq; correctiones auctius prodiit, sub vo-
 ce πειθῶ. (λ) In Exercit. ad h. l.

non sine magna iudicii gravitate ob defectum, in-
quit, conjugationum apud Græcos non secus ac La-
tinos significationes haut raro inveniri connexas:
ita in hoc vocabulo plures una occurrere potestates.
Expromimus autem cum illo posteriorem hunc
significatum ex vulgari:

Δωρε θεος πηθι, δωρ' αιδουιου βασιληαι,
eundemq; ipsum locum habere ait Heinsius in
I. Samuelis c. XXIV. v. 8. verbis græcis: *και επησε*
Δαυιδ της αιδρας αυτη εν λογις, quæ semel tantum ex-
pressam â LXX. Interpretibus hanc activâ vocem
habent, loco Hebræi *נשׂו*, licet ibi alia plane mens
Spiritus S. Davidis verba recitantis videri queat,
cujus hebræa plusculum significant. Alia, in qui-
bus idem his modis occurrit, loca huc adscribendi
opera super sedemus, qui volet ipse Autorum pa-
ginas evolvere haud gravetur, aut si eosdem consu-
lendi non fiat copia, Lexicorum farraginem pervo-
lutare non detrectet.

§. V.

Proximum est, ut intentius in Autorum circa
productam Pauli orationem sententias inquiramus,
& utra harum explicationum abs iis recepta sit
observemus, utrum per conciliare five placare,
an vero per svadere & persvadere *το πηθω*, in hoc
Paulino commate, malint reddere Philologi. Illam
sectatur Marloratus (*μ*). *His verbis*, inquit, *excusat*
Paulus eam temeritatis speciem, quam supra dicta pro-
positio & asseveratio præ se fere videtur. Confidenter suâ
predicationem extulerat, nunc se jure vâ fecisse ostendit.
At duobus argumentis nititur ad id demonstrandum.

Primum

(*μ*) In Observationibus ad h. l.

Primum est ab effectu animi quod non ambitiose neque
 adulandi causa hominibus se accommodet. Secundum
 multo fortius, quod non sit ipse Autor Evangelij sui. Et
 in sequentibus: erunt autem hypocrita & nasutuli, qui
 exclamabunt me non solum esse pervicacem, arrogantem
 & temerarium assertorem, sed contumeliosum in sanctis-
 simos Apostolos, & in electos DEI Angelos. His ergo
 respondeo, me nunc non versari in humano negotio (in
 quo benevolentia hominum capianda, & homines quo-
 modo fieri potest placandi sunt) sed &c. Isidorus Cla-
 rius (v) integrum textum nostrum circumscribit
 sequentibus: num ego in his, quæ prædico, satisfacere
 hominibus curo, & non potius DEO, cuius causa omnia
 facio? Eiqve ad stipulatur Zegerus (ξ) clarissimis
 verbis, qui Augustinum quoque secum facientem
 assert, quod locum hunc convenire dicat cum 2.
 Cor. 5. & hominibus suadere sic enarret, qua-
 si idem sit, ac probatum se reddere cupere, idque
 non DEO, sed hominibus. Neque vero Heinsius
 abludit. Verba ejus hæc sunt: Nullum, quæ utun-
 tur hic Interpretes suadendi vox nisi fallor, locum ha-
 bet. Et paulo post: fere idem est, quod sequit-
 ur: η ζητω αυδωτοις απεραυ; & in sequentibus:
 hic querit, ac testatur suos, utrum hæc hactenus: ut DEO
 an ut hominibus probaret se, ac satisfacere, dedisse se ope-
 ram existimarent? Congruunt, quæ Grotius expositi-
 oni præsentis loci inhærens effatus, quippe expresse
 ait (o): πειθε hic significat propitium mihi facio, & post:
 oblique adversarios ferit, qui, dum hominum iras fu-
 gerent, Dei iram non curabant. Est ex nostratibus
 etiam, qui præcedentium placitis subscribit Bal-
 duinus

(v) (ξ) (o) Consul. Crit. Bibl.

divinus (π) haud obscure innuens, hominibus persuadere esse homines docendo sibi devincere, vel ipsorum applausum quaerere, quemadmodum mox se ipsum explicat: an vero hominibus placere? Plures non allego.

§. VI.

Pergimus ad testimonia pro alterius partis sententia producenda. Cum vero hæc non uno ab omnibus modo exhibeantur, distincte illa scribenda erunt atque distribute. Recensebimus prius illa, quibus Paulina phrasis accessione quadam dicitur adaugenda, quam ad reliqua transeamus. Quæ tamen pro diverse concepta Pauli intentione diversimode à Philologis effertur. Igitur eos invisemus, qui propositionis alicujus additione detectum cupiunt supplere. Id ut Apostoli orationem planam reddat, agere videmus Calvinum, & Majorem (ϵ), subintelligentes particulam *negat*, itaque vertentes: *svadeone secundum hominem, an secundum Deum?* Idem enim arripit Joh. Calvinus, expositionis ergo adjiciens, (σ) loqui Paulum hic non de argumento sue predicationis, sed de animæ sui proposito, quod DEUM potius, quam homines respiciat, quamquam, ait, docentis affectui respondet etiam doctrina. Nam sicuti ex ambitione avaritia, aut aliquaavis prava cupiditate nascitur doctrina corruptio: Ita recta conscientia facit, ut retineatur pura veritas. Ideo sanam suam doctrinam esse contendit, quod non sit hominibus accommodata. Aliter Viri sancti concisæ in loquendo brevitati studet succurrere Hammondus, reddens hæc ita (τ): *Virum svadeo, ut hominibus credatis, an ut*
B DEO.
(π) In Comm. in h. l. (ϵ) In Enarrat. in h. l. (σ) (τ) Vid. Pol. Synopf.

DEO? ubi in Græcis forsitan το θεου subintellectū
 vult. Eidem convenienter ferme scribit Coccejus
 (φ), πρωβ. e. κρησις: olim predicabantur sacerdotes, se-
 niores, iudices, patres carnis, ut mos ipsis gereretur, sal-
 tem non בורר per contumaciam illis negaretur ob-
 sequium --- Nunc non amplius predicantur homi-
 nes, principes, sed in predicantur κρησις &c.
 nunc igitur solus Deus Pater & solus Dominus. Sed porro
 accusativum Ισθ, pro adjectivo Ηα, & αυθρωπων
 pro αυθρωπινα hic loci positum accipit Erasmus
 Schmidius in sequentibus: (x) πρωβ. hoc l. est sua-
 dere, ita predicare, ut svadeas credere predicata. Regit
 accusativum Objecti predicati, quod non sunt homines,
 sed ipse Deus, h. est. metonymice non humana somnia, sed
 divina oracula. In quo interpretamento una acqui-
 escit Beza (ψ), pro πρωβ. etiam κρησις ponens, & DEI
 appellatione το θεου intelligenda esse docens; nisi
 quod post dubius videatur, cum superiorem concili-
 liandi huic admisceat sententiæ. Attamen Aretium
 omni cursu in hanc contendere intellectionem
 putaverim, siquidem hic consensum cum cæteris
 suum hie testatur verbis: (ω) homines svadeo, an
 vero Deum? b. est, humanitus excogitatum doctrinam,
 an vero divinam assero? Neq; in diversum ab hac sen-
 tentia Erasmi. Roter. (αα) tendere video. Per Halber-
 stadensem illum quondam Episc. Haymonem (ββ)
 sensus sequentibus efferi potest: Svadeo, i. hortor modo
 homines credere in Christo, & perseverare in fide eius, an
 svadeo Deo aliquid novi facere, cui omnia patent præter-
 ita atq; futura. Hominiibus, ait, svadebat in Christum
 credere, DEO vero non svadebat, ut aliquid novi faceret.

Tunc

(φ)(x)(ψ)(ω)(αα)(ββ) in Commentar. in hunc locum.

Tunc suaderet apostolus DEO aliquid novi facere, si circumcisionem ipse primus destrueret.

S. VII.

Hæc ad secundæ etiam expositionis indices, & ut sibi videntur, vindices commonstrandos sufficiant. Quæ sincera nunc merito excipit episcipis, & desideratum Paulino textui conformis explanationis indicium. Non vero erit celandum, significationem τὸ πῶ, quæ est, sibi quæpiam conciliare, in suas aliquam partes pertrahere, talem esse, ut nostrum nanciscatur calculum, quod contextus ipse & connexa orationis series eam non solum admittat commode, sed & pulcre approbet. Præsupponimus omnem verborum in hoc commate positum id à quovis legente evincere, ut orationem in eo non enunciativam sibi arbitretur, illiusque speciem, quam vocamus interrogativam: sicuti hoc etiam apud omnes in confesso est, & vel iis, qui fugitivo tantum oculo versiculum hunc percurrerunt, non diffitendum. Itaque cum sanctissimus Apostolus inquit: ἀπὸ τῆς ἀποστολῆς καὶ τῆς ἐκκλησίας, hoc vult significatum, & versione etiam efferendum: *num enim homines mihi concilio, flexo, propitiosque & faventes reddo, an DEUM?* Significationem hanc verbi alias etiam usitatam esse, & plane non insolentem, neque sine exemplis, jam supra vidimus, sed vero etiamnum, si necessum haberemus, addi posset. Quantum autem ad Paulini sermonis ordinem, alia haud commodior vel æque congrua unquam apparebit. Sole ipso clarius hoc patescit nexum paulum

tum ponderanti, Professus se posteaquam Paulus fuerat initio Apostolum DEI, & JESU CHRISTI, humanissimamq; suos impertierat salute (γγ), miratur, Galatas sedulis obtestationibus *ψαδοπεροφητων* eo esse perductos, ut in aliud *ευαγγελιον* transponi se concesserint (δδ), quare tamen nullibi detur, nisi quod à falsis & irreptitiis Ecclesiæ doctoribus effingatur, Evangelium Christi evertere cupientibus (εε). Jamque severe arguit, quod ne Angelus quidem alia à suo Evangelio docere possit (ζζ); quin aliter docentem, & prædicatum à se, susceptumque à Galatis semel Evangelium destruentem imperterritus anathema dicit, itaq; ad nostra verba proferenda devenit: *αριζ γαρ ανθρωπους πιστω, η τον θεον;* num enim ego (veritatem dicens) homines curo, eosq; mihi benevolos reddere, iis ut me probem, nunc gestio, an Deum? Quæso quam concinne nunc ista perspicuntur posita? Quam omnis evanescit asperitas? Nihil remanet duri, nihil hiulci, nihil insoliti, nihil coacti. Nemo etiam poterit obvertere, tautologiae reum ita loquentem ducendum esse, quod in sequentibus eadem fere voluerit proferre: *η ζω ανθρωποις αρεσκιν;* distincta enim sunt *πιστην ανθρωπους*, & *ζητην ανθρωποις αρεσκιν*, quamvis in eundem tendant finem.

§. VIII.

Ex dictis colligitur, quorumnam *φιλολογωντων* sequamur vestigia, & quorum e contrario placita missa faciamus. Quod enim non sentiamus cum illis, qui mutilam Pauli dicunt orationem, & vel præpositionis additione, vel quocumq; alio verbo adjecto, vel intellecto eam restaurare cupiunt, alla-

ta

(γγ) v. 1. hujus Cap. (δδ) v. 2. 3. 4. 5. (εε) v. 6. (ζζ) v. 7. 8.

ta hac expositione significavimus. Id verò inde est,
quod defectum nullum hic animadvertimus, unde
pleno sensui nullam expletionē necessariam arbitra-
mur. Quod etiam per *αὐτῶν αὐτῶν*, & per *ἑαυ-
τῶν* non existimem⁹ intelligenda, eo se ostendimus.
Causam nunc quoque adjicimus, quæ est cognita
hujus sententiæ violentia, Tanto autem minus placet,
quæ ex Haymone §. 6. anneximus, quibus ille
impolitissime omnium, ut illis temporibus, mentem
Apostolo affingit inconvenientem plane, & collati-
one ejus cum cæteris instituta, sponte expirantem.

§. IX.


Acquiescimus ergo in ea, quam superius recen-
suimus, nunc etiam, nec levi tamen commoti ratio-
ne, approbavimus, sententiæ in qua maximos viros
infignesq; Exegetas & Philologos habemus consen-
tientes, utpote Marloratum, Clarium, Heinsium,
Grotium, & Camerarium (quamvis hi tres postre-
mo nuncupati ad specialiora animum applicent, &
singularem quandam aliis se probandi rationem in-
nuant, quod nostrum non facimus), Bezam, quin
& felicissimum Ecclesiæ nostræ orthodoxæ instau-
ratorem Lutherum. Hunc audiamus, qui *μιμητικῶς*
loquens, *satis ergo, inquit, ostendo, quod mea præ-
dicatione non quæram favorem ac plausum homi-
num, sed beneficium & gloriam DEI illustrare quæ-
ram.* Quare etiam eleganter non minus quoad
verba, quam vere quoad sensum vertit. *Predige ich
denn jeh̄t Menschen oder Gott zu Dienst?* & longe
etiam elegantius, quam Emserus: *Predige ich denn
jeh̄t Menschē oder Gott?* etsi hanc illi præferre videtur
Era;

Erasmus Schm. Ab hac non distat Anglorum versio
 (77) *for do I now persuade men or God?* Illi quidē parum
 abest, quin conformem dicam Syram Paraphrasin:
 quam quidem hic ob literarum in Typographia no-
 stra defectum non possum exhibere. Tota vero
 adversa observatur magni illius & de exegefi egre-
 giē meriti Argent. quondam præfulis, Seb. Schmidii
 interpretatio, qui priorum expositionibus ductus
 & opinionibus, sequentia Græco textui æquipolle-
 re vult: *Adhuc enim de hominibus persuadeo, an de Deo?*
 atq; eo ipso fautorem se innuit superioris adductæ
 sententiæ, quæ etiam *ἢ αὐτοῦ*, & *αὐτοῦ* loco
αὐτοῦ reponit. Pro nostra expositione faciunt,
 quæ nitidissima quædam Gallica versio (88) ad fi-
 gnificandam Græcam Apostoli orationem expressit:
Car en fin est-ce des hommes ou de Dieu, que je desire
maintenant d'estre approuve, ou ay je pour but de plaire
aux hommes? in quibus eadē in notis subjecta sequen-
 tia habet: *au: car en fin sont-ce les hommes au Dieu,*
que j'ay deffein maintenant de me rendre favorable?
 Sed quid amplius, cum proposito brevissimis sa-
 tisfecerimus? Finem ergo facimus, quem attigimus,
 submissas ei agentes gratias, qvi (11)

εἰς θεοῦ ἐστὶ πρὸς, διὼς αὐτοῦ, καὶ πολλοῦ β.

(77) (88) Imprimée a Mons 1672, (11) Vid. in Phocylidis carmin.

Era
(77)
abe
qua
stra
adv
giè
inte
& c
re
atq
fen
aw
qu
gni
Car
ma
aus
tia
qu
Se
tis
m



Ab hac non distat Anglorum versio
er swade men or God? Illi quidē parum
ormem dicam Syram Paraphrasin:
ic ob literarum in Typographia no-
non possum exhibere. Tota vero
tur magni illius & de exegegi egre-
nt. quondam præfulis, Seb. Schmidii
qui priorum expositionibus ductus
sequentia Græco textui æquipolle-
nim de hominibus persuadeo, an de Deo?
torem se innuit superioris adductæ
etiam *Ha loco 022, & αὐθρωπινα loco*
it. Pro nostra expositione faciunt,
a quædam Gallica versio (33) ad fi-
ræcam Apostoli orationem expressit:
des hommes ou de Dieu, que je desire
bre approuve; ou ay je pour but de plaire
quibus eadē in notis subjecta seqven-
car en fin sont-ce les hommes au Dieu,
maintenant de me rendre favorable?
ius, cum proposito brevissimis sa-
Finem ergo facimus, quem attigis
is ei agentes gratias, qui (11)

⊙, διωαῖ⊙ ἰ° ἀμα, και πολυολβ⊙.

imprimée a Mons 1672, (11) Vid. in Pho-
carmin.